

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Historia Zaringo Badensis**

**Schöpflin, Johann Daniel**

**Carolsruhae, 1765**

LI.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

Ego Henricus Notarius vice Arnoldi Moguntini Archiepiscopi & Archi Cancellarii recognovi.

Datum *Erstein* iiii. idus jvllij anno dominice incarnationis MCLIII. indictione prima regnante Domino Friderico Romanorum Rege glorioso Anno II. Regni ejus II<sup>do</sup>.

---

L I.

EXCERPTA EX CHARTA BERTOLDI IV. DUCIS,  
QUA JURA SUA IN CIVITATEM VIENNENSEM  
GUIGONI DALPHINO DIMITTIT.

---

A N N O M C L V.

---

*Ex VALBONEX Histoire de Dauphiné Tom. II. pag. 255.*

**B**ertholdus divina favente Clementia Dux Burgundiæ dilecto suo Guigoni Dalphino Albonis Comiti salutem &c. Quicquid juris ex prædecessorum meorum successione seu Regum concessione in civitate Vienna habere videor, tibi tuisque heredibus donavi, & imperpetuum habere concessi. Pepigi etiam firmiter, quod si Guillelmus Comes super hoc te in aliquo lædere attemptaverit, me usque adeo cum eo guer-ram habiturum; donec prædict. civitatem in pace te habere libere & absolute

absolute faciam. Tu vero hominum faciens versa vice promifisti, quod quotiescunque mihi necessitas incubuerit me in eadem civitate decenter recipias. Hæc donatio apud Rivarolum coram Domino Friderico Romanorum Rege & coram Principibus suis eodem assensum præbente & confirmante facta est &c. Actum est hoc anno Dominicæ Incarnationis MCLV. Ind. III. Regnante Dom. Friderico Romanorum Rege glorioso, Anno Imperii ejus III.

## LII.

FORMULA JURISJURANDI QUOD BERTOLDUS IV.  
DUX ZARINGIÆ PRÆSTITIT UT ADVOCATUS LAU-  
SANENSIS, ECCLESIE.

A N N O M C L V I I.

*Ex Chartulario Lausanensi fol. 98.*

**H**æc sunt Capitula, que *Dux Bertulfus* juravit Episcopo Amadeo & successoribus ejus.

Quod liberam permetteret fieri Electionem in Lausanensi Ecclesia. Quod nihil eorum, quæ à manu Episcopi tenebantur sibi acquireret. Quod ea quæ Ecclesia Lausanensis perdiderat & quæ à longo tempore erant alienata bona fide pro viribus juvaret recuperare. Quod ad villas Ecclesiæ non irent sui pro pabulo & cæteris necessariis, nec ibi hospitaretur, quod nec in Palatio Episcopi nec in Domibus Clericorum vel militum hospitaretur, nec inde per violentiam quicquam auferret.

*Cod. Dipl.*

0